

Deus, et dixit ad eum: Ingrédere in réquiem meam: * Quia te vidi justum coram me ex ómnibus géntibus. **V.** Iste est, qui contémpsit vitam mundi, et pervénit ad caeléstia regna. Quia. Glória Patri.

In III Nocturno Lectiones de Homilia in Evangelium Nolite timére, de Communi Conf. non Pont. 2 loco.

IX Lectio de Homilia Feriae.

Ad Laudes

V. Justum deduxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Bened. Ant. Euge, serve bone * et fidélis, quia in pauca fuisti fidélis, supra multa te constituam, intra in gáudium Dómini tui.

Oratio

Deus, qui beátum Clementem Mariam miro fidei róbre et invictae constantiae virtute decorasti: ejus méritis et exémpis fac nos, quaesumus, ita fortes in fide et caritate fervéntes; ut praemia consequámur aeterna. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio Feriae.

In II Vesperis

V. Justum, ut supra.

Ad Magnif. Ant. Hic vir despiciens mundum * et terréna, triúmphans, divítias caelo condidit ore, manu.

Et fit Commemoratio Feriae.

Die 28 Martii

S. Joannis a Capistrano

Confessoris

Duplex

Omnia ut in Breviario hac die, mutato ritu.

Die 20 Aprilis

S. Conradi a Parzham

Confessoris

Duplex

(m. t. v.)

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. (T. P. Allelúja.) **R.** Stulam glóri-
ae induit eum. (T. P. Allelúja.)

Ad Magnif. Ant. Similábo eum * viro sapiénti, qui aedificávit domum suam supra petram. (T. P. Allelúja.)

OFFICIA PROPRIA

ARCHIDIOECESIS VINDOBONENSIS

PARS VERNA

Die 15 Februarii

In Translatione

S. Leopoldi

**Confessoris, Marchionis
et Patroni Austriae**

Duplex majus

In I Vesperis

Antiphona 1

Dóminus confrégit *
in die belli inimicos
Leopóldi.

**Psalmi ut in I Vesperis de
Communi Apost.**

2 Leopóldus conféssus
est * in consílio, et con-
gregatióne ópera Dómini.

3 Dispérsit, dedit pau-
peribus, * justítia ejus
manet in saeculum saeculi.

4 Collocávit Dóminus *
Leopóldum cum principi-
bus pópuli sui.

5 Vota réddidit * Leo-
póldus in conspéctu pópuli
Austriaci.

Capit. Prov. 3, 13-15

Beatus homo, qui invenit
sapiéntiam, et qui áf-

luit prudéntia. Mélior est
acquisitio ejus negotiatió-
ne argénti, et auri primi
et puríssimi fructus ejus.
Pretiósior est cunctis ópi-
bus, et ómnia, quae desi-
derántur, huic non valent
comparári.

Hymnus

Quis sagax auri número
talénta,
Quae pios verit sapiens
in usus

Quasque Sanctórum véte-
res refécit,
Struxit et aedes.

**Hinc, memor voti véte-
ris, Mariae**

**Virgini sumptu nímium
profúso**

**Claustroneobúrgi célebres
ubique
Condidit aedes.**

**Signa patrávit número
stupénda,**

**Vinctus implórat série
malórum**

**Sat diu notum sibi Mar-
chiónem**

Astra tenéntem.

Sit salus illi, decus atque virtus,
 Qui super caeli sólio coruscans
 Totius mundi sériem gubernat
 Trinus et unus.
 Amen.

✠ Magna est glória ejus in salutári tuo. **R.** Glóriam et magnum decórem impónes super eum.

Ad Magnif. Ant. Gloriósus * apparuísti inter príncipes Austriae, sancte Leopólde, ideo diadéma suscepísti de manu Dómini, ora pro nobis ad Deum, qui te elégit.

In II Vesperis

Ad Magnif. Ant. Austria laetáre, * vere felix régio, quae summis collocátum Principibus laudas Leopóldum Marchiónem piíssimum.

Oratio

Deus, qui sanctum Leopóldum, cujus Translationem ánnua celebrítate recólimus, ex principátu et curis saeculi hujus, immaculátum ad regnum caelésté traduxísti: concéde propítius, tua cle-

méntia ita nos per haec temporália dírigi, ut aetérnae vitae consórtes éffici mereámur. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio Feriae.

Deinde Commemoratio Ss. Faustini et Jovitae Martyrum:

Ant. Istórum est enim regnum caelórum, qui contempserunt vitam mundi, et pervenerunt ad praemia regni, et laverunt stolas suas in ságuine Agni.

✠ Laetámini in Dómino et exsultáte, justi. **R.** Et gloriámini, omnes, recti corde.

Oratio

Deus, qui nos ánnua sanctorum Mártym tuorum Faustini et Jovitae solemnitate laetificas: concéde propítius; ut, quorum gaudémus méritis, accendámur exémpis. Per Dóminum.

Completorium de Feria.

Ad Matutinum

Invit. Adorémus Christum Regem Confessorum, * Qui sua inscrutabili cleméntia pium coronávit Leopóldum. **Ps. 94** Veníte, exsultémus.

phanórum sortem miserátus eréxit hospítium, ubi miserimos quosque páterna caritate alébat; visus subinde stitem eórum causa emendicáre, immo nec fáciem ab increpántibus et in se conspuéntibus avértere. Inter has autem curas semper coram Deo ámbulans, Deiparae Virgini, cujus Rosárium assidue recitábat, singulariter devótus, rectus, simplex, húmilis, cunctis affábilis et benignus, ómnibus velut sanctitátis exémpar júgiter praelúxit.

R. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stollam glóriae induit eum, * Et ad portas paradísi coronávit eum. **V.** Induit eum Dóminus lorícam fidei, et ornávit eum. Et.

Lectio vi

Deo soli confisus, plures institúti sui domus váriis in regiónibus eréxit. Ipse vero multas, ob témporum iniquitátem, acerbítates perpéssus, et e Polónia tandem cum suis expúlsus, secéssit Vindobónam, ubi duódecim postrémis vitae annis, ad Dei glóriam strénue operári perseverávit. Praeter sédulam enim sanctimoniá-

lium virginum curam totus in eo fuit, ut praedicatione verbi Dei, sacraménti Poeniténtiae administratione, quam plúrimas a salute devias ánimas Christo lucrifáceret. Quem caritátis ignem, tum sacerdotibus, tum máxime selectae júvenum cohórti, quorum complúres suum Congregatióni nomen dedérunt, infúndere adlaborávit. Illud autem indefessa sua ópera consecútus est, ut languescéntem pópuli fidem catholicúmque spíritum non parum illa aetate imminútum corroboráret; dignus propterea, quem Pius séptimus virum apostólicum, Vindobónensis cleri decus, Ecclesiaeque cólumen appelláret. Méritis tandem plenus et prodigiórum aliorúmque caeléstium charismatum múnere illústris, prope septuagenárius obdormívit in Dómino, Idibus Mártiis, anno millésimo octingentésimo vigésimo. Eum Leo décimus tértius, miráculis clarum, Beatórum catálogo, Pius vero décimus novis fulgéntem signis Sanctorum fastis accénsuit.

R. Iste homo perfecit omnia quae locútus est ei

In I Nocturno Lectiones:
Beátus vir, de Communi Conf.
non Pont. 1 loco.

In II Nocturno

Lectio iv

Clemens María Hofbauer Tassovítii in Morávia natus, a prima aetate in schola christiánae perfectiónis eruditus est; magistra potíssimum religiosíssima matre, quae puérulum post patris óbitum ostensa Christi Dómini e cruce pendéntis imágine sic allocúta fertur: En fili, qui hinc in pósterum tibi futúrus est pater; cura, ut per eam, quae ipsi placet, viam incédas. Adoléscent pistóriam artem didicit; sed ad maióra se vocári praeséntiens coepit inter laboriósae artis exercitium ad stúdiu incúmbere literárum. Bis Romam pedes ad límina Apostolorum peregrinátus est, bis étiam rerum caeléstium contemplatióni libérius vacatúrus in erémum secéssit. Verum Deo illum ad altióra vocánte intermíssa litterárum stúdia in Vindobonénsi Universitáte repétiit, navitérque prosecútus est; donec ex purióre fonte sacras disciplinas haustúrus, Romam tértium remigrá-

vit. Ibi in sancti Alfónsi familiam singulári Dei providéntia cooptátus est, quam ipsius ópera in dissitas regiões propagátum iri sanctus idem Parens divíno instíntu praeséntis ac palam praenuntiávit.

R. Honéstum fecit illum Dóminus, et custodívit eum ab inimícis, et a seductóribus tutávit illum: *** Et dedit illi claritátem aetérnam. V.** Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei. **Et.**

Lectio v

Absolúto cum magno spírítu fervóre tirocínio ac présbyter factus in septentrionáles Európae províncias a Sede apostólica missus est. Erécto Varsáviae in Polónia primo suae Congregatiónis domicílio, et plúribus sibi adiúntis sóciis, incredibile est, quam copióso ibi fructu sacerdotália múnera ultra vicénnium expléverit; nihil labóris recusans, sive ut cathólicos ad bonos mores et pietátis cultum revocáret, sive ut haeréticos et Judaeos ad veram fidem addúceret. Multa étiam ad religiósam juventútis institutiónem praestitit. Or-

Hymnus

O virum cunctos supereminéntem!
Caelitum summos inhians
favores
Vincis occultos tibi blandiéntis
Daemonis astus.

Máximam temnens húmilis coronam
Caesaris, soli súperum Parenti

Te sacras, cura meliøre flagrans
Pectore toto.

Quin sciens artis pópulo feróci
Praedicas Christum probitátem morum,
Quae Dei, non quae tua sunt, tenáci
Pectore volvens.

Sic sibi laudis nihilum peróptans,
Bis truces Hunnos réppulit coáctus,
Atque sic fretus pietáte, multos
Subdidit hostes.

Sit salus illi, decus atque virtus,
Qui super caeli sólio corúscans
Totius mundi sériem gubernat
Trinus et unus.

Amen.

In I Nocturno

Ant. Beátus Leopóldus ab infántia sua viam justitiae in lege Dei scrutátus, iter impiórum non ambulans, in timóre illi servívit.

Psalmi trium Nocturnorum de Communi Conf. non Pont.

Ant. Eruditus terréna Leopóldus judicávit, quia Dómino servívit in timóre, exsúltans ei, qui summa majéstas est, cum timóre.

Ant. Míllia pópuli multa non tímuit, quia Dóminum sui córporis custódem et pátriae defensórem propítium hábuit.

V. Amávit eum Dóminus et ornávit eum. **R.** Stolam glóriae índuit eum.

De libro Ecclesiástici

Lectio I Cap. 31, 8-11

Beátus vir, qui invéntus est sine mácula: et qui post aurum non ábiit, nec sperávit in pecúnia et thesauris. Quis est hic, et laudábimus eum? fecit enim mirábilia in vita sua. Qui probátus est in illo, et perfectus est, erit illi glória aetérna: qui pótuít transgredi, et non est transgessus; fácere mala, et non fecit: ideo stabilita

sunt bona illius in Dómino, et eleemósynas illius enarrábit omnis Ecclésia Sanctórum.

R. Exsultáte in Rege vestro, o fideles ánimae, qui ab aetérno nobis fidum praedestinávit advocátum Leopóldum ínclytum. * Qui talis est pro nobis in caelo, qualis ab ómnibus in terra est cognominátus. **V.** Pius méruiť solótenus praedicári, qui nunc ferventíssimus interpellátor nequit dubitári. Qui.

Lectio ii

Cap. 32, 18-20, 28; 33, 1-3

Qui timet Dóminum, excipiet doctrínam ejus, et qui vigiláverint ad illum, invénient benedictiónem. Qui quaerit legem, replébitur ab ea: et qui insidióse agit, scandalizábitur in ea. Qui timent Dóminum, invénient júdicium justum, et justítias quasi lumen accéndent. Qui credit Deo, atténdit mandátis; et qui confidit in illo, non minorábitur. Timénti Dóminum non occurrént mala, sed in tentatióne Deus illum conservábit, et liberábit a malis. Sápiens non odit mandáta et justítias, et non illidétur quasi in procélla

navis. Homo sensátus credit legi Dei, et lex illi fidélis.

R. Multum valet deprecátio justí assídua apud Dóminum, * Orémus ergo omnes, ut per preces Leopóldi véniam obtineámus et grátiam. **V.** Constituit eum dóminum domus suae, et príncipem omnis possessionís suae. Orémus.

Lectio iii Cap. 34, 14-20

Spíritus tíméntium Deum quaeritur, et in respéctu illius benedicétur. Spes enim illórum in salvántem illos, et óculi Dei in diligéntes se. Qui timet Dóminum, nihil trepidábit: quóniam ipse est spes ejus. Timéntis Dóminum beáta est ánima ejus. Ad quem respicit et quis est fortitúdo ejus? Oculi Dómini super tíméntes eum, protéctor poténtiae, firmaméntum virtútis, tégimen ardóris, et umbráculum meridiáni, deprecátio offensionís et adjutórium casus, exáltans ánimam, et illúminans óculos, dans sanitátem et vitam et benedictiónem.

R. Quamvis forma clarus extra apparuit, intus tamen grátior pietáte fuit,

férimus: ut, qui nostrae justítiae fidúciam non habémus, ejus, qui tibi plácuít, précibus adjuvémur. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio Ss. Martyrum:

Ant. Istárum est enim regnum caelórum, quae contempserunt vitam mundi, et pervenerunt ad praemia regni, et lavérunt stolas suas in ságuine Agni.

V. Glória et honóre coronásti eas, Dómine. **R.** Et constituisti eas super ópera mánuum tuárum.

Oratio

Da, nobis, quaesumus, Dómine, Deus noster, sanctárum Máryrum tuárum Perpétuae et Felicitátis palmas incessábili devotióne venerári: ut, quas digna mente non póssumus celebráre; humílibus saltem frequentémus obséquiiis. (Per Dóminum.)

Deinde Commemoratio Feriae.

Vesperae a Capitulo de sequenti (S. Thoma de Aquino Conf. et Doct.).

Et fit Commemoratio praecedentis:

Ant. Hic vir despiciens mundum et terréna triúmphans, divítias caelo cóndidit ore, manu.

V. Justum dedúxit Dó-

minus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

Oratio Adéstó, ut supra ad Laudes 12*.

Deinde Commemoratio Ss. Martyrum, ut supra, et Feriae.

Die 15 Martii

S. Clementis Mariae Hofbauer Confessoris et Urbis Vindobonensis Patroni secundarii

Duplex II classis

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, praeter ea, quae hic habentur propria.

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. **R.** Stolum glóriae induit eum.

Ad Magnif. Ant. Similábo eum * viro sapiénti, qui aedificávit domum suam supra petram.

Oratio

Deus, qui beátum Clementem Mariam miro fidei róbre et invictae constántiae virtúte decorásti: ejus méritis et exémplis fac nos, quaesumus, ita fortes in fide et caritate fervéntes; ut praemia consequámur aetérna. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio Feriae.

coëgérunt. Itaque coactus est regem adire, a quo facultate ibidem benigne impetrata, non modo virorum, sed etiam sanctimonialium monasterium instituit, optimisque legibus ac institutis temperavit.

R. Amavit eum Dominus, et ornavit eum: stolam gloriæ induit eum, * Et ad portas paradisi coronavit eum. **V.** Induit eum Dominus lorica fidei, et ornavit eum. **Et.**

Lectio vi

Inter cetera autem miracula, quae per illum Dominus edidit, illud est in primis insigne, quod civem Clatonensem, Ursum nomine, e tumulo excitatum, manūque prehensum in iudicium adduxit, ut de bonis monasterio legatis coram Landgravo testimonium diceret. Denique senio confectus, virtutum, rerūque gestarum gloria illustris, pridie Nonas Martii circa annum salutis humanae quingentesimum decimum quartum excessit e vita. Sacrum corpus Sichingae primo sepultum est. Anno deinde millésimo trecentésimo quinquagesimo séptimo, die vigésimo Januaria a Rudolpho

quarto Austriae Duce dono acceptum, in Ecclesia sancti Stéphanii, quae nunc est in Vindobonensi urbe Metropolitana, summa veneratione est reconditum.

R. Iste homo perfecit omnia quae locutus est ei Deus, et dixit ad eum: Ingrédere in réquiem meam: * Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus. **V.** Iste est, qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad caelestia regna. **Quia.** Glória Patri. **Quia.**

In III Nocturno Homilia in Evangelium Sint lumbi vestri praecincti, de eodem Comuni.

IX Lectio de Homilia Feriali.

Ad Laudes

V. Justum deduxit Dominus per vias rectas. **R.** Et ostendit illi regnum Dei.

Ad Bened. Ant. Euge, serve bone * et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constitutam, intra in gaudium Domini tui.

Oratio C 2

Adésto, Dómine, supplicatióibus nostris, quas in beáti Fridolini Confessoris tui solemnitate de-

* Dotatus stola prima supervestiri cupiens secunda. **V.** Stabilita sunt bona illius in Domino, et elemosynas illius enarravit omnis Ecclesia Sanctorum. **Dotatus.** Glória Patri. **Dotatus.**

In II Nocturno

Ant. Mirificavit Dominus Leopoldum, et exaudivit eum in cubilibus ad se clamantem.

Ant. Odavit iniquitatem operantes, scelera abominando, cum dilectione proximorum.

Ant. In universa terra admirabile est nomen Domini; qui Leopoldum pietate plenum, gloria et principatus honore coronavit.

V. Os justi meditabitur sapientiam. **R.** Et lingua eius loquetur iudicium.

Lectio iv

Sancti Leopoldi corpus ad Clastrum Neoburgi conditum, innumeris coepit clarere miraculis, quibus Deus tanti viri sanctitatem voluit manifestam. Namque ad ejus invocationem mortui suscitati, caeci illuminati, surdi auditi, muti loquelam, claudi gressum, captivi li-

bertatem, variis morbis oppressi sanitatem sunt consecuti. Hinc confluit permultus populus ad ejus sepulcrum, praecipue in anniversario, et cum candelis, et aliis venerationis signis, qua Beatum eum habebant.

R. Dispensit, dedit pauperibus: * Justitia eius manet in saeculum saeculi. **V.** Beatus, qui intelligit super egenum et pauperem. **Justitia.**

Lectio v

Rudolphus quartus Archidux Austriae, populi sui votis inductus, instantiam pro canonizatione pii Marchionis apud Summum Pontificem fecit, qui etiam inquisitionem in vitam et miracula Leopoldi pluribus Cardinalibus commisit. Inquisitione durante Innocentius sextus Pontifex Maximus et Rudolphus quartus extremum diem egerunt, et inquisitio demandata infecta remansit, usque dum Fridericus quartus Imperator, et ejus conjux Eleonora, Mathias Hungariae Rex, Udalricus Episcopus Pataviensis, ac Nobiles et incolae totius Austriae pro reassumptione inquisitio-

nis supplices facti sunt. Anno deinde millésimo quadringentesimo octogésimo quinto Innocentius octávus, claríssimis sanctimóniae documentis rite compértis, Leopóldum Sanctórum catálogo adscrípsit.

R. Invocávi, et venit in me spíritus sapiéntiae, et praepósui illam regnis et sédibus. * Et divítias nihil esse duxi in comparatióne illius. **V.** Mélior est enim sapiéntia cunctis ópibus pretiosíssimis. Et divítias.

Lectio vi

Non longe post canonizatióne sedes Apostólica solénnem translationem reliquiárum pii Marchiónis indúlsit, et indulgéntiis pópulum ad hanc solemnitatem invitávit. Iacobus Praepósitus

Claustroneoburgénsis hanc festivitatem vicinis dioecésibus indicávit, ast Maximiliánus primus Imperátor eam tándiu differéndam mandávit, usque dum ípsemet translationi interésse posset. Anno dein millésimo quingentesimo sexto, Febrúarii die décima quinta, Leonárdus Archiepiscopus Salisbur-

génsis, assisténtibus Episcopis et viginti septem Praelátis, ossa sancti Leopóldi e túmulo sublevávit, et honorificéntius super Altáre collocávit. Maximiliánus Imperátor processiónem solénnem comitátus est hábitu, et pileo Archidúcis ornátus, quem secúti sunt Dux Juliácensis, Nóbiles, Clerus et pópulus infinitus, laudántes Deum, qui glorificávit píum Marchiónem. Július secúndus Póntifex Máximus hanc translationem quotánnis décima quinta Febrúarii recoléndam instituit.

R. Consummátus in brevi explévit témpora multa: * Plácita enim erat Deo ánima illius. **V.** Propter hoc properávit edúcere illum de médio iniquitátum. Plácita. Glória Patri. Plácita.

In III Nocturno

Ant. Nec dolum linguae, nec oppróbrium contra próximos egit, quia eos amóre Dei sicut se ipsum diléxit.

Ant. Ut clíbanum pósuit odiéntes Leopóldum Dóminus, sed ei benedictiónis, et multórum bonórum tríbuit decus.

bémus, ejus, qui tibi plácuít, précibus adjuvémur. Per Dóminum.

Et sit Commemoratio Ss. Perpetuae et Felicitatis Martyrum:

Ant. Istárum est enim regnum caelórum, quae contempserunt vitam mundi, et pervenerunt ad praemia regni, et laverunt stolas suas in ságuine Agni.

V. Glória et honóre coronásti eas, Dómine. **R.** Et constituísti eas super ópera mánuum tuárum.

Oratio

Da nobis, quaesumus, Dómine, Deus noster, sanctárum Mártýrum tuárum Perpétuae et Felicitátis palmas incessabili devotióne venerári: ut, quas digna mente non póssumus celebráre; humílibus saltem frequentémus obséquii. (Per Dóminum.)

Deinde Commemoratio Feriae;

In I Nocturno Lectiones Iustus si morte, de Comuni Conf. non Pont. 2 loco.

In II Nocturno

Lectio iv

Fridolinus régio in Hibernia ságuine procreátus, ferventíssimo Christi, proximórumque

amóre flagrans, multórum locórum, atque úrbium peregrinatióne suscepit. Quibus in itinéribus cum infidéles pópulos cathólicam fidem docéret, innúmeros Jesu per Evangélium filios genuit. Nec verbo solum profuit. Itaque regis Gallórum Clodovaci liberalitáte, sancti Hilárii monastérium apud Pictávos admónitus instaurávit, sacrámque ejus corpus honorificéntius recóndidit; tum vária ad Moséllam, Argentoráti, Cúriae Rhaetórum, alibique coenobia exstrúxit.

R. Honéstum fecit illum Dóminus, et custodívit eum ab inimícis, et a seductóribus tutávit illum: * Et dedit illi claritátem aetérnam. **V.** Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei. Et.

Lectio v

Tandem Sichingam prope Basiléam venit, ubi sedem figere, atque ab ítnerum labóribus quiéscere ex divíno oráculo institúerat. Sed áccolae passi non sunt sanctum virum ibi consistere, maléque hábitum, caesúmque verbéribus, finibus suis excédere

R. br. Os justi * Meditabitur sapientiam. Os justi. **V.** Et lingua ejus loquetur iudicium. Meditabitur. **Gloria Patri.** Os justi.

V. Lex Dei ejus in corde ipsius. **R.** Et non supplantabuntur gressus ejus.

Oratio

Deus, qui sanctum Leopoldum, cujus Translationem annua celebritate recolimus, ex principatu et curis saeculi hujus, immaculatum ad regnum caelæste traduxisti: concede propitius; tua clementia ita nos per haec temporalia dirigi, ut aeternae vitae consortes effici mereamur. Per Dominum.

Ad Nonam

Capit. Sap. 7, 7-8

Optavi et datus est mihi sensus: et invocavi, et venit in me spiritus sapientiae: et praeposui illam regnis et sedibus, et divitias nihil esse duxi in comparatione illius.

R. br. Lex Dei ejus * In corde ipsius. **V.** Et non supplantabuntur gressus ejus. **In Gloria Patri.**

V. Justum deduxit Dó-

minus per vias rectas. **R.** Et ostendit illi regnum Dei.

In II Vesperis

Omnia ut in I Vesperis 1*; praeter sequentia:

V. Magna est gloria ejus in salutari tuo. **R.** Gloriam et magnum decorem impones super eum.

Ant. Austria laetare, * vere felix regio, quae summis collocatum Principibus laudas Leopoldum Marchionem piissimum.

Et fit Commemoratio Ferae.

Completerium de Feria.

Die 6 Martii

S. Fridolini Confessoris

Duplex

V. Amavit eum Dominus, et ornavit eum. **R.** Stulam gloriae induit eum.

Ad Magnif. Ant. Similabo eum * viro sapienti, qui aedificavit domum suam supra petram.

Oratio C 2

Adesto, Domine, supplicationibus nostris, quas in beati Fridolini Confessoris tui solemnitate defērimus: ut, qui nostrae iustitiae fiduciam non ha-

Ant. Haec est generatio quaerens Deum, ex qua beatus Leopoldus innocens manibus et mundo corde progreditur.

V. Lex Dei ejus in corde ipsius. **R.** Et non supplantabuntur gressus ejus.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam

Lectio vii Cap. 19, 12-26

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabola hanc: Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, et reverti. Et reliqua.

Homilia sancti Bedae Venerabilis Presbyteri

Comment. in Luc.

Homo nobilis ille est, cui caecus supra clamabat: Fili David, miserere mei. Longinqua regio Ecclesia est ex gentibus, de qua eidem homini nobili, qui loquitur: Ego autem constitutus sum Rex ab eo, dicitur a Patre: Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae. Quae videlicet hereditas ac possessio bifaria ratione regio longinqua vocatur: vel quia a finibus terrae clamat ad

Dominum, vel quia longe est a peccatoribus salus. Et cum Deus ubique sit praesens, longe tamen ab eorum sensu, qui idola colunt, Deus verus abest.

R. Euge, serve bone, quia in modico fuisti fidelis: * Eris potestatem habens super decem civitates. **V.** Domine, mna tua decem mnas acquisivit: et ait illi. Eris potestatem.

Lectio viii

Vocatis autem decem servis suis. Denarius numerus ad legem pertinet propter Decalogum. Vocat itaque paterfamilias decem servos, quia eligit discipulos per litteram legis imbutos. Dat illis decem mnas, quia legis dicta spiritaliter intelligenda revelat. Post passionem quippe resurrectionemque suam aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas. Mna namque, quam Graeci mnam vocant, centum drachmis appenditur: et omnis scripturae sermo, quia vitae caelæstis perfectionem suggerit, quasi numeri centenarii pondere fulgescit.

R. Gloriosus apparuisti inter Principes Austriae,

sancte Leopólde, ideo diadéma suscepisti de manu Dómini: * Ora pro nobis ad Deum, qui te talem elégit. **V.** Constituit Leopóldum Dóminus principem et patrónum Austriae. Ora pro nobis ad Deum, qui te talem elégit. **Glória Patri.**

IX Lectio de Homilia Ferae.

Ad Laudes

Ant. 1 Testimónia pii Marchiónis * credibília facta sunt, quem in Ecclesia Dei venerátur longitúdo diérum.

Psalmi de Dominica 1 loco.

2 Laudémus nomen Dómini, * quia de domo Austriae illúxit lumen pietátis, cujus memória a generatióne in generatióne permanet.

3 In matutinis Leopóldus * meditátus est Deum factórem suum, sciens, quod quaerénti regnum Dei réliqua famulántur.

4 Benedíctus es, Dómine, * in firmaménto caeli, qui pium Marchiónem ad caeléstis fastigii triúmpum elegisti.

5 Reges terrae, et Príncipes, * et omnes pópuli

laudent Dóminum, qui Leopóldum constituit Austriae Patrónum.

Capit. Prov. 3, 13-15

Beátus homo, qui invenit sapiéntiam, et qui áffluit prudéntia. Mélior est acquisitió ejus negotiatióne argénti, et auri primi et puríssimi fructus ejus. Pretiósior est cunctis ópibus, et ómnia, quae desiderántur, huic non valent comparári.

Hymnus

Quis sagax auri númeroq;
talenta,
Quae pios vertit sapiens
in usus

Quasque Sanctorum veteres
refecit,
Struxit et aedes.

**Hinc, memor voti veteris,
Mariae**

**Virgini sumptu nimium
profuso
Claustroneoburgi célebres
ubique**

Condedit aedes.

**Signa patravit numero
stupenda,
Vinctus implorat serie
malorum**

Sat diu notum sibi Marchionem

Astra tenentem.

**Sit salus illi, decus atque
virtus,**

**Qui super caeli sólio coruscans
Totius mundi sériem gubernat**

Trinus et unus.

Amen.

V. Magna est glória ejus in salutári tuo. **R.** Glóriam et magnum decórem impónes super eum.

Ad Bened. Ant. Virum insignem, * pietatéque laudábilem sanctum Leopóldum Dóminus respéxit, quem crebra post miracula divína justitia ad aethera vexit.

Oratio

Deus, qui sanctum Leopóldum, cujus Translationem ánnua celebritate recólimus, ex principátu et curis saeculi hujus, immaculátum ad regnum caeléstis traduxisti: concede propítius; tua cleméntia ita nos per haec temporália dirigi, ut aeternae vitae consórtes effici mereámur. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio Ferae.

Deinde Commemoratio Ss. Martyrum:

Ant. Vestri capilli capitis omnes numerati sunt: nolíte timére: multis passíbus meliöres estis vos.

V. Exsultábunt Sancti in glória. **R.** Laetabúntur in cubílibus suis.

Oratio

Deus, qui nos ánnua sanctorum Mártýrum tuórum Faustíni et Jovítiae solemnitate laetificas: concede propítius; ut, quorum gaudémus méritis, accendámur exémpis. Per Dóminum.

Ad Horas Antiphona et Psalmi de Fera; ad Primam dicitur Lectio brevis Optávi, ut infra ad Nonam 10*.

Ad Tertiam

Capit. Beátus homo, ut supra ad Laudes 8*.

R. br. Amávit eum Dóminus, * Et ornávit eum. Amávit. **V.** Stulam glóriae induit eum. **Et. Glória Patri.** Amávit.

V. Os justi meditábitur sapiéntiam. **Et.** Et lingua ejus loquétur iudícium.

Ad Sextam

Capit. **Prov. 3, 16-17**

Longitúdo diérum in dextera ejus, et in sinistra illius divítiae et glória. Viae ejus viae pulchrae, et omnes sémitae illius pacíficae.

protegebátur, donec a Valéria pia matróna a Deo admónita, inde clam ablatum, sepultúrae tráditum est eo in loco, quo póstea célebre monastérium eréctum fuit, quod in hunc usque diem título et patrocinio gaudet sancti Floriani.

R. Filiae Jerúsalem, venite et videte Mártýres cum corónis, quibus coronávit eos Dóminus * In die solemnitétis et laetitiae, allelúja. **V.** Quóniam confortávit seras portárum tuárum, benedixit filios tuos in te. In die. Glória Patri. In die.

In III Nocturno Homilia in Evangelium Ego sum vitis, vos pálmities, de Communi Mm. Temp. Pasch. 2 loco.

Feria II Rogationum et in Vigilia Ascensionis IX Lectio de Homilia Feriae et fit ejus Commemoratio ad Laudes; alias

Pro S. Monica:

Lectio ix

Mónica, sancti Augustíni piússima mater, uxórum et viduárum exémpplar, filium Manichaeum Mediolánum secúta, postquam assídus oratióibus, lácrimis et jejúniis, ope

Ambrósii episcopi, eum Christo lucrifécit, cum ipso in Africam rédiens, ad Ostia Tiberina in febrim incidit, et nono die placidissime óbiit. De cujus morte maerens filius díserens subdit: Neque enim decére arbitrabámur fúnus illud quéstibus lacrimósis gemitibúisque celebráre, quia illa nec misere, nec omnino moriebátur: hoc et documentis morum ejus, et fide non ficta rationibúisque certis tenebámus. Atque inde paulátim reducébam in prístinum sensum ancillam tuam, conversationémque ejus piám in te et sanctam, in nos blandam atque morigeram, qua súbito destitútus sum; et líbuit flere de illa et pro illa. Et si quis peccátum invénerit flevísse me matrem óculis meis mórtuam, quae me multos annos fléverat, ut óculis suis víverem, non irrideat; sed pótius, si est grandi caritate, pro peccátis meis flet ipse ad te, Patrem ómnium fratrum Christi tui. Ejus corpus, in ecclesia sanctae Aureae prius sepúltum, póstea, Martino quinto Summo Pontífice, Romam translátum, in ecclesia sancti

Oratio

Deus, qui misericórdiae tuae jánuam fidélibus patére voluísti: te supplices exorámus; ut, intercedente beato Conrado Confessore tuo, temporalia subsidia nobis tríbas et aeterna. Per Dóminum.

In I Nocturno, si dicendae sint de Communi, Lectiones Beátus vir, de Communi Conf. non Pont. 1 loco.

In II Nocturno

Lectio iv

Conradus, in ruráli praedio ad oppidum Parzham in dioecési Passaviénsi, piis honestisque paréntibus natus, inde a púero modéstia et solitúdinis amóre, quanta futúrus esset sanctitate, praemonstrávit. Mirus jam tum in eo elucébat devotiónis fervor, máxime cum in ecclesia oráret; quam longe sitam, neque itinere neque frígore detérritus, frequentáre solébat. Summo erga beátam Virginem amóre inflammátus, quótidie ejus Rosárium assidue iterábat, diebúque festis persaepe ad remotióra ipsius Deparae sanctuária pergébat: ex quibus pedéstribus peregrinationibus, júgiter orando susceptis,

domum remeábat: sub véspere fere semper jejúnus. Integra juventúte in agrórum cultúra transácta, ut árcius Deo adhaereret eique libérius famularétur, mundo valedícere státuit; quaprópter perámplo patrimonio abdicáto, annum agens primum supra trigésimum inter fratres láicos órdinis Minórum Capuccinórum adnumerári obtínuit.

R. Honéstum fecit illum Dóminus, et custodívit eum ab inimicis, et a seductóribus tutávit illum: * Et dedit illi claritátem aetérnam, allelúja. **V.** Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei. Et.

Lectio v

Statim ab emissa professione, ad sanctae Annae conventum civitátis Vetoettingae missus fuit; locus autem célebris est et frequentissimus inter cetera Germánicae diciónis Mariána sanctuária, ádeo ut plura fidélium centena millia illuc sngulis annis convéniant. Ob tantum ad eandem civitátem concúrsum, perdifficile in coenóbio evádit janitóris

officium; quod Conrādus, cui hujusmodi munus statim ab ejus advēntu fuerat demandatum, ad obitum usque retinuit, et tamquam exempli apostolatū explēvit. Impiger in labōre, parcus in loquēdo; erga pāuperes largus, in peregrinis excipiēdis juvandisque promptus, per annos quadraginta et amplius ostiarii onus aequanimitē gessit, máximo incolārum et peregrinōrum emolumentō, in omnibus tum animae tum corpōris necessitatibus.

R. Amāvit eum Dōminus, et ornāvit eum: stollam glōriae induit eum, * Et ad portas paradisi coronāvit eum, allelūja. **V.** Induit eum Dōminus lorīcam fidei, et ornāvit eum. Et.

Lectio vi

Virtutibus omnibus praecellens, silentium summopere adamavit. Per diem subsēvā tēporis momenta insumēbat in quodam tuguriolo, jānuae propinquo, e quo sanctissimam Eucharistiam invisere et adorāre poterat; de nocte vero horas subripiēbat somno, quas in

fratrum conditōrio vel in ecclēsia oratiōni dabat. Etsi consensisset, quieti numquam se tradidit, sed in labōribus piisq̄ue exercitiis ad extrēmum usque perrexit. Revēra quadam die cum pluribus peregrinantium turmis satisfaceret, agnovit corpōris viribus prorsus destitui; ac triduo post, undécimo Kalēndas Maji, obdormivit in Dōmino, anno millésimo octingentésimo nonagésimo quarto, aetātis suae septuagésimo quinto. Hunc Dei fāmulum, herōicis virtutibus et miraculis clarum, Pius Papa undécimus anno millésimo nongentésimo trigésimo inter Beātos réttulit; novisque miraculis fulgētem, quadriennio post, idem Summus Pōntifex Sanctōrum fastis solēmniter adscripsit.

R. Iste homo perfecit omnia quae locutus est ei Deus, et dixit ad eum: Ingredere in requiem meam: * Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus, allelūja. **V.** Iste est, qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad caelēstia regna. Quia. Glōria Patri. Quia.

In II Nocturno

Lectio iv

Saeviēte in Christiānos Diocletiani et Maximiani persecutiōne, cum Aquilinus, Nōrici Ripēnsis Praeses, in Christi cultōres ad Laurēaci castrum acerrime animadvēteret, et ad quadraginta eo nōmine vinctos, multisque suppliciiis maceratos in cārcerem conjecisset, Floriānus iisdem religiōnis et militiae societate conjunctus, sancto fidei ardore incensus, ac sanguinem pro Christo profūdere cūpiens, Laurēacum advolat, sicque ad excellentiōris militiae coronam gloriōso certamine contēdit.

R. Lux perpētua lucēbit Sanctis tuis, Dōmine, * Et aeternitas tēporum, allelūja, allelūja. **V.** Laetitia sempiterna erit super capita eorum: gaudium et exsultatiōnem obtinēbunt. Et.

Lectio v

Audiens ergo Christiānos ad idolōrum sacrificia perquiri, nihil truculentōrum fidei hōstium immanitatem vērūt, in médium se ultro profert,

liberēque exclāmat: Quem alium quaeritis? ecce ego Christiānus sum; ite, nuntiāte Praesidi me hic adesse. His auditis, Praeses eum ad se addūci jubet, et diis sacrificare. Quod cum nulla ratiōne obtinere posset, secūdo et tertio fustibus caedi imperat, atque illius scāpulas acutis ferris confringi. Tandem invictus Christi athlēta variis tormentōrum genibus superātis, ob incūcūssam fidei constantiam, ultimam mortis laetus accipit sententiā.

R. In servis suis, allelūja, * Consolābitur Deus, allelūja. **V.** Judicābit Dōminus pōpulum suum, et in servis suis. Consolābitur.

Lectio vi

Ligato igitur ad collum saxo, e ponte in Anasum flūvium dejecit, non tamen sine divīna ultiōne: nam oculi ejus, qui injectis violēter mānibus Mārtirem praecipitavit, mox crepuerunt; flūvius autem, Mārtirem Christi suscipiens, elevatis undis in quoddam eminentius saxum sacrum ejus corpus extulit; quod miro nutu Dei, āquila illic advolante,

Deinde Commemoratio S. Catharinae:

Ant. Veni, Sponsa Christi, áccipe coronam, quam tibi Dóminus præparávit in aetérnum, allelúja.

V. Diffusa est grátia in lábiis tuis, allelúja. **R.** Propterea benedixit te Deus in aetérnum, allelúja.

Oratio

Da, quaesumus, omnipotens Deus: ut, qui beátae Catharinae Virginituae natalítia cólimus; et ánnua solemnitate lætémur, et tantae virtútis proficiámus exémplo. Per Dóminum.

Die 4 Maji

Ss. Floriani et Sociorum Martyrum, Patron. Ecclesiae Metrop. Vindobonensis secundarii

Duplex majus

Ant. Lux perpétua lucébit Sanctis tuis, Dómine, et aetérnitas téporum, allelúja.

V. Sancti et justi, in Dómino gaudéte, allelúja. **R.**

Vos elégit Deus in hereditatem sibi, allelúja.

Oratio

Deus, qui nos concédis sanctórum Mátyrum tuórum Floriani et Sociórum ejus natalítia cólere: da nobis in aetérna beatitúdine de eórum societate gaudére. (Per Dóminum.)

Deinde fit Commemoratio S. Monicæ Viduae:

Ant. Simile est regnum caelórum hómini negotiátóri quaerénti bonas margarítas: invénta una pretiósa, dedit ómnia sua, et comparávit eam, allelúja.

V. Spécie tua et pulchritúdine tua, allelúja. **R.** Inténde, prospere procéde, et regna, allelúja.

Oratio

Deus, maeréntium consolátor et in te sperántium salus, qui beátae Mónicae piás lácrimas in conversióne filii sui Augustini misericórditer suscepisti: da nobis utriúsque intervéntu; peccáta nostra deploráre, et grátiae tuae indulgéntiam inveníre. Per Dóminum.

Si hoc Festum ad instar Simplicis redigatur, et de ipso IX Lectio juxta Rubricas sit dicenda, sumi potest sequens

Lectio ix

Conrádus in oppido Parzham dioecésis Passaviénsis piis honestisque paréntibus natus, inde a púero, modéstia et solitúdine amóre, quanta futurus esset sanctitate, prae-mónstrávit. Integra juventúte, in agrórum cultúra transácta, ut Deo libérius famularétur, mundo valedícere státuit; quaprópter, perámplo patrimonío abdicáto, inter fratres láicos órdinis Minórum Capuccinórum adnumerári obtinuit. Statim ab emissa professione, ad sanctae Annae convéntum civitátis Vetoettingae missus est, ibique janitóris officio addictus; quod ad óbitum usque máximo proximórum emolumentó in ómnibus tum ánimae tum córporis necessitatibus exércuit. Erga Eucharístiam assíduo flagrávit devotiónis afféctu, et Deíparam Virginem tamquam matrem quotidíanis obséquiis cóluit. Migrávit ad Dóminum anno millésimo oc-

tingentésimo nonagésimo quarto, aetátis suae septuagésimo quinto.

Te Deum laudámus.

In III Nocturno Lectione de Homilia in Evangelium Sint lumbi, de Communi Conf. noni Pont. loco.

Ad Laudes

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. (T. P. Allelúja) **R.** Et osténdit illi regnum Dei. (T. P. Allelúja.)

Ad Bened. Ant. Euge, serve bone et fidélis, quia in pauca fuisti fidélis, supra multa te constituam, intra in gáudium Dómini tui. (T. P. Allelúja.)

Oratio

Deus, qui misericórdiae tuae jánuam fidélibus patére voluisti: te supplices exorámus; ut, intercedente beáto Conrado Confessóre tuo, temporália subsidia nobis tríbas et aetérna. Per Dóminum.

Vesperae a Capitulo de sequenti cum Commemoratione praecedentis:

Ant. Hic vir despiciens mundum et terréna, trímphans, divítias caelo cóndidit ore, manu. (T. P. Allelúja.)

V. Justum deduxit Dóminus per vias rectas. (T. P. Allelúja.) **R.** Et osténdit illi regnum Dei, (T. P. Allelúja.)

Oratio

Deus, qui misericórdiae tuae jánuam fidélibus patére voluísti: te súpplices exorámus; ut, intercedente beáto Conrado Confiessóre tuo, temporália subsidia nobis tríbuas et aetérna. Per Dóminum.

Die 23 Aprilis

In Anniversario

Dedicationis Ecclesiae Metropolitanae

Duplex I classis cum Octava
communis

Omnia ut in Breviario de
Communi Dedicationis Ec-
clesiae, praeter Lectiones
sequentes:

In II Nocturno

Lectio iv

Saeculo quarto exéunte castra Romána Vindobónae jam magni fuérunt mométi atque praeclára religiónis christiánae ibidem evolútae signa manifestábant. Eódem témpore in Batávis castris, nunc Passáviae, sanctuárium in honórem sancti Stéphaní protomártýris exstrúctum

est. Colóni Passávia emigrántes veneratióem huius Sancti in Ostaríchiam, quae exeúnte décimo saeculo Austria jam appellabátur, diffuderunt. Reginmárus, episcopus Passaviénsis, anno millésimo centésimo trigésimo séptimo primam paróeciam ibi eréxit ejúsque succésor Reginbértus anno centésimo quadragésimo séptimo supra millésimum ecclésiám stilo románo aedificátam nómine sancti Stéphaní Deo consecrávit. Mox óppidum unum e celebérrimis Európaevásit, ita ut saeculo duodécimo Leopóldus sextus cognómine Gloriósus Sedem Apostólicam pro nova dioecési Vindobónae fundánda rogáre decerneret, quae preces tamen non habuérunt succéssum. Exínia óppidi tunc témporis celsitúdinis testimónia hucúsque exstant pars ecclésiiae occidentális cum porta principáli copiósis exornáta figúris necnon turres lateráles sic dictae paganórum. Per incendi-um gráviter afflícta ecclési-
a anno millésimo ducen-
tésimo sexagésimo sép-
timo látius et magnificén-
tius restauráta est.

Oratio

Deus, qui nobis per sín-
gulos annos hujus
sancti templi tui consecra-
tiónis réparas diem, et
sacris semper mystériis
repraeséntas incólumes:
exáudi preces pópuli tui,
et praesta: ut quisquis
hoc templum beneficiáa
petitúrus ingreditur, cuncta
se impetrásse laetétur.
Per Dóminum.

Et fit Com. S. Catharinae:

Ant. Símile est regnum
caelórum hómini negotia-
tóri quaerénti bonas mar-
garítas: invénta una pre-
tiósa, dedit ómnia sua, et
comparávit eam, allelúja.

V. Diffúsa est grátia in
lábiis tuis, allelúja. **R.**
Proptérea benedixit te
Deus in aetérnum, allelúja.

Oratio Da, ut supra 28*.

Vesperae de sequenti Ss.
Philippo et Jacobo App.

Et fit Commemoratio prae-
cedentis:

Ant. O quam metuéndus
est locus iste: vere non est
hic áliud, nisi domus Dei
et porta caeli, allelúja.

V. Domum tuam, Dómi-
ne, decet sanctitúdo, alle-
lúja. **R.** In longitudinem
diérum, allelúja.

Oratio Deus, qui nobis,
ut supra.

ejus. Tantus vero erat dol-
or, quem sensibíliter patie-
bátur, licet vúlnerum
cruénta signa non appare-
ret, ut, nisi Deus minu-
isset, brevi se créderet
moritúram. Doctrína ejus
infúsa, non acquisíta fuit.
Aveniónem ad Gregórium
Papam undécimum pro-
fécta, illi votum ejus de
peténda Urbe, soli Deo no-
tum, sese divínitus cogno-
visse monstrávit, et auctor
fuit, ut Póntifex ad Sedem
Románam personáliter ac-
céderet. Anno aetátis suae
tértio circiter et trigésimo
migrávit ad Sponsum.
Quam Pius secúndus sanctú-
rum Virgínium número
adscrípsit. Te Deum.

Ad Laudes

V. Haec est domus Dó-
mini fírmiter aedificáta,
allelúja. **R.** Bene fundáta
est supra firmam petram,
allelúja.

Ad Bened. Ant. Zachaei,
* festínans descénde, quia
hódie in domo tua opórtet
me manére. At ille festi-
nans descéndit, et suscepit
illum gaudens in do-
mum suam. Hódie huic
dómuí salus a Deo facta
est, allelúja.

vocábitur nomen ejus, de quo scriptum est: Et erit nomen meum ibi, dicit Dóminus, allelúja.

Oratio Deus, qui nobis, ut infra 29*.

Et fit Com. præcedentis:

Ant. Sancti et justi, in Dómino gaudéte, allelúja: vos elégit Deus in hereditátem sibi, allelúja.

V. Pretiósia in conspéctu Dómini, allelúja. **R.** Mors Sanctórum ejus, allelúja.

Oratio

Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut beáti Petri Mártiris tui fidem congrua devotióne sectémur; qui pro ejúsdem fidei dilatatióne mártýrii palmam mérui obtinére. (Per Dóminum.)

Deinde Commemoratio S. Catharinae Sen. Virg.:

Ant. Veni, Sponsa Christi, áccipe corónam, quam tibi Dóminus præparávit in aeternum, allelúja.

V. Spécie tua et pulchritúdine tua, allelúja. **R.** Inténde, prospere procéde, et regna, allelúja.

Oratio

Da, quaesumus, omnipotens Deus: ut, qui beátae Catharinae Virginis

tuae natalítia cólimus; et ánnua solemnitáte laetémur, et tantæ virtútis proficiámus exémplo. Per Dóminum.

— Lectiones II et III Noct. de die Octava ut in Communi Dedic. Ecclesiae.

Feria II Rogationum IX Lectio de Homilia Feriae et fit ejus Commemoratio ad Laudes; alias

Pro S. Catharina:

Lectio ix

Catharina, virgo Senensis, piis orta paréntibus, beáti Domínici hábitum, quem Soróres de Poeniténtia gestant, impetrávit. Summa ejus fuit abstinentia et admirábilis vitae austéritas. Cum Pisis morarétur, die Domínico, refécta cibo caelésti et in éctasiam rapta, vidit Dóminum crucifixum magno cum lúmine adveniéntem, et ex ejus vúlnerum cicatricibus quinque rádios ad quinque loca sui córporis descendéntes. Mystérium advértens, Dóminum precáta, ne cicatrices apparérent, continuo rádii, colóre sanguíneo mutáto in spléndidum, in formam purae lucis pervenérunt ad manus, pedes et cor

R. Orántibus in loco isto * Dimítte peccáta pópuli tui, Deus, et osténde eis viam bonam, per quam ámbulent, et da glóriam in loco isto, allelúja. **V.** Qui regis Israel, inténde, qui dedúcis velut ovem Joseph, qui sedes super Chérubim. Dimítte.

Lectio v

Rudólphus quartus, archidux Austriae cognominátus Fundátor, capitulum collegiátum sanctuárii sui áulici ad ecclésiám sancti Stéphanii tránstulit et annis sequéntibus aedificatiónem ecclésiæ perfécit. Antiqua ecclésiá destrúcta, chorus ampliátus per novum aedificium in stilo góthico eréctum cum véteri ópere occidentáli conjúngitur, ac anno millésimo quadríngentesimo trigésimo tertio turris meridionalis altitúdinis centum triginta sex metrórum perfécta est. Magíster Joánnes Puxbaum cámaras fornicibus lapídeis junctas perfécit ingénsque tectum necnon descriptionem turris principális elaborávit. Prope hanc novam ecclésiám sanctus Joánnes Capistránus cum admirábili pópuli

concúrsu celebérrimas suas conciónes contra Islamíticos incúrsus hábuit. Ad instántiam Frideríci tertii imperatóris Summus Póntifex Paulus secúndus dioecésim Vindobonensem eréxit et ecclésiæ sancti Stéphanii praerogativas ecclésiæ cathedralis attribuit.

R. O quam metuéndus est locus iste: * Vere non est hic áliud, nisi domus Dei et porta caeli, allelúja. **V.** Haec est domus Dómini firmiter aedificáta, bene fundáta est supra firmam petram. Vere.

Lectio vi

Anno millésimo sexcentésimo octogésimo tertio Vindobóna religiónis christiánae propugnáculum éxstitit. Turcis, óppidum obsidéntibus, a christiáno exércitu in fugam pulsís, festum sanctíssimi Nóminis Mariæ quotánnis in memóriam tutelae Magnae Austriae Matris institútum est. Carlo sexto imperatóre instánte, Innocéntius Papa tertius décimus sedem Vindobonensem ad archiepiscopálem evéxit. Sancti Stéphanii ecclésiá, per tot saecula testis fidélis témporis

vicissitudinum ac fidélium refúgium, in fine immánis belli, quod ingéntia Austriae damna áttulit, die undécima Aprilis anni milésimi nongentésimi quadragésimi quinti incéndio gráviter laesa est: chorus, tectum, órgana, campánae interiérunt. Theodórus cardinális Innitzer, tunc archiepiscopus, stipe úndique collécta, in festo Nativitátis Dómini tres post annos, majórem ecclesiae partem divíno cúltoi restituere pótuit, Summo Pontifice, Pio duodécimo adjútus, qui Litteras Apostólicas ad hanc solemnitétem mittere dignátus est. Recurrénte vero anniversáριο dedicatiónis plus quam ante sex saecula factae, oblatiónibus donisque pretiósas ex omni Austriae ditióné, atque ab éxteris quoque nationibus recéptis, sacra haec aedes, totíus Austriae princeps, et reflorescéntis religiónis praeclarissimum monumentum, divíno cúltoi tota restitúta est.

R. Mane surgens Jacob erigebat lápidem in titulum, fundens óleum desuper, votum vovit Dómino: * Vere locus iste

sanctus est, et ego nesciebam, allelúja. **V.** Cumque evigilásset Jacob de somno, ait. Vere. Glória Patri. Vere.

In Vesperis fit Commemoratio sequentis et S. Fidelis a Sigmaringa Mart., ut infra.

Die 24 Aprilis

S. Georgii Martyris

(d. a. ex 23 hujus)

Duplex

Ant. Lux perpétua lucébit Sanctis tuis, Dómine, et aetérnitas témporum, allelúja.

V. Sancti et justí, in Dómino gaudéte, allelúja. **R.** Vos elégit Deus in hereditátem sibi, allelúja.

Oratio

Deus, qui nos beáti Geórgii Mártiris tui méritis et intercessióne laetíficas: concéde propítius; ut, qui tua per eum beneficia póscimus, dono tuae grátiae consequámur. (Per Dóminum.)

Deinde Commemoratio S. Fidelis a Sigmaringa Mart.:

Ant. Sancti et justí, in Dómino gaudéte, allelúja;

Oratio

Deus, qui nobis per singulos annos hujus sancti templi tui consecrationis réparas diem, et sacris semper mystériis repraeséntas incólumes: exáudi preces pópuli tui, et praesta; ut quisquis hoc templum beneficia petiturus ingréditur, cuncta se impetrásse laetétur. Per Dóminum.

Vespérae de sequenti (S. Marco Evang.):

Et fit Commemoratio praecedentis:

Ant. Sancti et justí, in Dómino gaudéte, allelúja: vos elégit Deus in hereditátem sibi, allelúja.

V. Pretiósá in conspéctu Dómini, allelúja. **R.** Mors Sanctórum ejus, allelúja.

Oratio Deus, qui nos beáti Geórgii, ut supra.

Deinde Commemoratio S. Fidelis:

Ant. Fíliae Jerúsalem, veníte et vidéte Mártires cum corónis, quibus coronávit eos Dóminus in die solemnitétis et laetitiae, allelúja, allelúja.

V. Lux perpétua lucébit Sanctis tuis, Dómine, allelúja. **R.** Et aetérnitas témporum, allelúja.

Oratio Deus, qui beátum Fidélem, ut supra 26*:

Die 27 Aprilis

S. Petri Canisii

Confessoris et Ecclesiae Doctoris

Duplex II classis (m. t. v.)

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, praeter ea, quae in Breviario hac die habentur propria.

In I Nocturno Lectiones Sapientiani, de Communi Doctorum.

De Octava Dedicationis Ecclesiae Metropolitanae nihil fit.

In II Vesperis Commemoratio S. Pauli a Cruce.

Die 30 Aprilis

In Octava

Anniversarii Dedicationis Ecclesiae Metropolitanae

Duplex majus

Ant. et Psalmi ad omnes Horas et Versus Nocturnorum de occurrenti hebdomadae die ut in Psalterio.

V. Haec est domus Dómini firmiter aedificáta, allelúja. **R.** Bene fundáta est supra firmam petram, allelúja.

Ad Magnif. Ant. Sanctificávit Dóminus * tabernáculum suum: quia haec est domus Dei, in qua in-

vigésima quarta Aprilis anno millésimo sexcentésimo vigésimo secúndo, ad ecclésiám loci, Sevísium nuncupáti, verbéribus ac vulnéribus caesus ab haeréticis, qui conversiónem simulátes dolóse eum invitáverant, primítias Mátyrum memorátae Congregatiónis próprio sanguine consecrávit.

Te Deum laudámus.

Ad Laudes

V. Pretiósá in conspéctu Dómini, allelúja. R. Mors Sanctórum ejus, allelúja.

Ad Bened. Ant. Fíliae Jerúsalem, * veníte et vidéte Mátyres cum corónis, quibus coronávit eos Dóminus in die solemnitátis et laetítiae, allelúja, allelúja.

Oratio

Deus, qui nos beáti Geórgii Mátyris tui méritis et intercessióne laetíficas: concéde propítius; ut, qui tua per eum beneficia póscimus, dono tuae grátiae consequámur. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio S. Fidelis.

Ant. Lux perpétua lucébit Sanctis tuis, Dómine,

et aetérnitas téporum, allelúja.

V. Sancti et justi, in Dómino gaudéte, allelúja. R. Vos elégit Deus in hereditátem sibi, allelúja.

Oratio

Deus, qui beátum Fidélem, seráphico spírítus ardóre succénsum, in verae fidei propagatióne mátyrii palma et gloriósis miráculis decoráre dignátus es: ejus, quaesumus, méritis et intercessióne, ita nos per grátiam tuam in fide et caritáte confrirma; ut in servítio tuo fídeles usque ad mortem inveniri mereámur. (Per Dóminum)

Deinde Commemoratio Octavae:

Ant. Zachae, festinans descénde, quia hódie in domo tua opórtet me manére. At ille festinans descéndit, et suscepit illum gaudens in domum suam. Hódie huic dómui salus a Deo facta est, allelúja.

V. Haec est domus Dómini firmiter aedificáta, allelúja. R. Bene fundáta est supra firmam petram, allelúja.

vos elégit Deus in hereditátem sibi, allelúja.

V. Pretiósá in conspéctu Dómini, allelúja. R. Mors Sanctórum ejus, allelúja.

Oratio

Deus, qui beátum Fidélem, seráphico spírítus ardóre succénsum, in verae fidei propagatióne mátyrii palma et gloriósis miráculis decoráre dignátus es: ejus, quaesumus, méritis et intercessióne, ita nos per grátiam tuam in fide et caritáte confrirma; ut in servítio tuo fídeles usque ad mortem inveniri mereámur. Per Dóminum.

In II Nocturno

De Sermóne sancti Laurentii Patriárchae Venetiárum

Lectio iv

Geórgius propugnátor eximius terrénae abrenuntiávit militiae, ut Christi miles efficerétur egrégus: facultátes, quas habébat, dispérsit paupéribus, ut divítias perénnes possidéret in caelo: suam quóque ánimam odívit in mundo, ut in vitam illam

custodíret aetérnam. Repérerat pretiósam margarítam, latitántem in agró, per quod distráctis ómnibus, mercátus est eam. Dóminum dixísse audíerat: Nisi quis renuntiáverit ómnibus, quae possidet, non potest meus esse discípulus: praetulit discipulátum Christi ópibus, honóribus, voluptátibus, córpori, et temporáli vitae: ideo intrépídus, armátus, et nudus secútus est Christum. Non cárceres, gládios, fustes, víncula, acúleos, tortóres, ignem, tyránnos expávit, nec mortem. Nudus nudum Christum attendébat in stípíte, illius accendebátur exémplo, ejúsque passiónis dolóribus augebátur. O beáta mens Mátyris, quae nec tribulatióne, nec angústia, nec plagis, nec labóribus, nec praeséntibus, neque futúris a Christo váluit separári!

R. Lux perpétua lucébit Sanctis tuis, Dómine, * Et aetérnitas téporum, allelúja, allelúja. V. Laetitia sempitérna erit supér cápita eórum: gáudium et exultatióne obtinébunt. Et aetérnitas téporum, allelúja, allelúja.

Lectio v

Vivēbat in carne, et cor-
de cum Christo jam
pendēbat in cruce, ideo-
que dicēbat Christo: Cru-
cifixus sum; vivo ego, jam
non ego, vivit autem in me
Christus. Longe excellē-
tius Martyr sic mōrtuus
vivēbat in Christo, quam
si feliciter florens, aliēnus
esset a Christo. Vides,
quam lōcuples talis sit
mors, quae vitam cum
Christo praestat aetēr-
nam? Sic planē mōrtuus
erat beātus Geōrgius vi-
vens in Christo. Mōrtuus
quippe erat vitiis, mōr-
tuus erat saeculo, mōrtuus
erat et sibi. Nisi tāliter
fuisset mōrtuus, minime
Christo vivere potuisset.
An non mōrtuus erat sae-
culo, qui oblātas dignitā-
tes et gāudia pro amore
Christi, et spe aetērnae
mercēdis repudiāvit, ut
stercora? Nonne vitiis
erat defūctus, qui labō-
ribus, abstinētia, pauper-
tate, virtutibusque ceteris
corpus quotidiāna mace-
ratione domābat? De tāli-
bus Pauli voce dicitur:
Qui autem sunt Christi,
carnem suam crucifixere
cum vitiis, et concupiscē-
tiis. Quōmodo vero sibi

ipsi vixisse Sanctus iste
dicendus est, qui verbum
Dei undequaque dissēmi-
nans, Christi glōriam au-
diētium auribus insonā-
bat? Quos valēbat aufēre
diābolo, lucrabātur Chri-
sto. Magnanimitate nam-
que praecinctus, et caritā-
tis dono suffultus, coram
régibus et terrae principi-
bus Christum libera con-
fitebātur voce.

R. In servis suis, alle-
lūja. * Consolābitur Deus,
allelūja. **V.** Judicābit Dō-
minus pōpulum suum, et
in servis suis. Consolābi-
tur.

Lectio vi

Hinc factum est, ut cār-
ceri manciparētur, vir-
gis, et scorpionibus cae-
derētur, lāmpadum ustiō-
nibus cremarētur, laniarē-
tur, torquerētur, perime-
rētur. In his, quōniam vi-
vēbat in Christo, se exhi-
bēbat ut mōrtuum. Nulla
plane in illo querimōniae
resonābat vox, nullus re-
pugnādi motus. Tam-
quam bellātor praecipuus
arbitrātus est fore incōn-
gruum, ut patiente rege,
atque pro animārum oc-
cumbente salutē, ipse sēg-
niter viveret, et sine cer-
tāminis exercitātionē de-

ficeret. Frequēter ānimo
illud Evangēlii revolvē-
bat; Majōrem caritatem
nemo habet, ut āniam
suam ponat quis pro amī-
cis suis. Quam ob rem di-
lectionem, quam habēbat
ad Dōminum, factis mā-
luit ostēdere, quam ver-
bis. Redemptōrem ūtque
suum, non ingrātus de
mūnere, est imitātus in
morte, de quo ait pro-
phēta: Sicut ovis ad oc-
cisionem ductus est, et
tamquam agnus coram
fondēte se sine voce, sic
non aperuit os suum. Et os
suum nisi orādo aperuit,
quātenus hōstia Deo Patri
acceptābilis fferet, nec illi
in longanimitate patiētia
invenirētur dissimilis, qui
in crucis perpeffiōne sup-
plīcii elōquium nullum con-
tradictionis emisit. Hinc
gestum est, ut Dōmini
sui sicut socius exstītit
poenae, ita pārticeps illius
efficerētur glōriae, qui in
caelēsti regno cum Patre
et Spīritu Sancto triūm-
phat in saecula.

R. Fīliae Jerūsalem, ve-
nite et vidēte Mārtres
cum coronis, quibus coro-
nāvit eos Dōminus, * In
die solemnitatis et laeti-

tiae, allelūja. **V.** Quōniam
confortāvit seras portā-
rum tuārum, benedixit fī-
lios tuos in te. In die. Glō-
ria Patri. In die.

In III Nocturno Homilia in
Evangelium Ego sum vitis
vera, de Communi Martyrum
Temp. Pasch. 1 loco.

Pro S. Fidèle a Sigmaringa:
Lectio ix

Fidēlis, in oppido Suē-
viae Sigmaringa ex
honestā Reyōrum familia
natus, cēlebre sibi nomen
acquisivit in advocāti mū-
nere; quo tamen, cum fori
pericula esset expērtus,
dēstitit, et supērna voca-
tione illustrātus, inter fra-
tres Minōres Cappucinos
adscribi pētiit. Voti com-
positus factus, regulāri ob-
servātia omnibus admi-
rationi fuit et exēmplo.
Deiparae Virginitis et rosā-
rii cultor eximius, a Deo
postulāvit, ut pro cathō-
lica fide martyr occūm-
beret, quod et consecūtus
est. Elēctus enim praeses
missionum, quas Congre-
gatio de Propaganda Fide
pro Rhætia tunc tēmpo-
ris instituerat, cum nulli
labōri parcons plures hae-
reticos ad Christi fidem
convertisset, malōrum in-
vidiam sūbiit. Itaque die

Augustini honorifice conditum est.

Te Deum laudamus.

Ad Laudes

V. Pretiosa in conspectu Domini, alleluja. **R.** Mors Sanctorum ejus, alleluja.

Ad Bened. Ant. Filiae Jerusalem, * venite et videte Martyres cum coronis, quibus coronavit eos Dominus in die solemnitatis et laetitiae, alleluja, alleluja.

Oratio

Deus, qui nos concedis sanctorum Martyrum tuorum Floriani et Sociorum ejus natalitia colere: da nobis in aeterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per Dominum.

Et fit Com. S. Monicae:

Ant. Date ei de fructu manuum suarum, et laudent eam in portis opera ejus, alleluja.

V. Diffusa est gratia in labiis tuis, alleluja. **R.** Propterea benedixit te Deus in aeternum, alleluja.

Oratio

Deus, maerentium consolator et in te sperantium salus, qui beatae Monicae pias lacrimas in

conversione filii sui Augustini misericorditer suscepisti: da nobis utriusque intervenitu; peccata nostra deplorare, et gratiae tuae indulgentiam invenire. Per Dominum.

In II Vesperis

V. Pretiosa, ut supra.

Ad Magnif. Ant. Sancti et justi, * in Domino gaudete, alleluja: vos elegit Deus in hereditatem sibi, alleluja.

Oratio Deus, qui nos, ut supra.

Et fit Commemoratio sequentis S. Pii V:

Ant. Sacerdos et Pontifex, et virtutum opifex, pastor bone in populo, ora pro nobis, Dominum, alleluja.

V. Amavit eum Dominus, et ornavit eum, alleluja. **R.** Stulam gloriae induit eum, alleluja.

Oratio

Deus, qui ad conferendos Ecclesiae tuae hostes, et ad divinum cultum reparandum, beatum Pium Pontificem Maximum eligere dignatus es: fac nos ipsius defendi praesidiis, et ita tuis inhaerere obssequiis; ut, om-

debe, alleluia: vos elegit Deus in hereditatem sibi, alleluia.

Oratio Praesta, in su-

Et fit Commemoratio sequentis:

Approbatio

Concordat cum Originali ideoque imprimi permittimus. Vindobonae, die 1 Septembris 1952.

Jac. Weinbacher
Vic. Gen.

Index alphabeticus

Annversarium Dedicat. Eccl. Metrop. duplex I classis 20*
cum Octava communi. 23 Aprilis 27*
— Octava, duplex majus. 30 Aprilis 13*
Clementis Mariae Hofbauer Cont., duplex II. classis. 18*
15 Martii
Contracti a Patrum Cont., duplex. 20 Aprilis 30*
Floriani et Soc. Mm. Patron. Ecclesiae Metrop. Vindobonensis secund., duplex majus. 4 Maji 10*
Fridolini Cont., duplex. 6 Martii 22*
Georgii Mart., duplex. 24 Aprilis 10*
Joannis a Capistrano Cont., duplex. 28 Martii 34*
Joannis Nepomuceni Mart., duplex majus. 16 Maji 27*
Petri Canisi Cont. et Eccl., duplex II. classis. 40*
Ratisbonae, sumptibus Friderici Pustet 1
Translatio Ss. Chrysostomi et Marcellini Mm., duplex. 8 Junii
— S. Leopoldi Cont. Marchionis et Patroni Austriae, duplex

E Typographia St. Gabriel. Mödling

nium hóstiū superátis insídiis, perpétua pace laetémur. (Per Dóminum.)

Deinde Commemoratio S. Monicæ:

Ant. Manum suam apéruit inopi, et palmas suas exténdit ad páuperem, et panem otíosa non comédit, allelúja.

Vs. Diffúsa est grátia in lábiis tuis, allelúja. R. Propterea benedixit te Deus in aetérnum, allelúja.

Oratio

Deus, maeréntium consolátor et in te sperántium salus, qui beátæ Mónicae piās lácrimas in conversióne filii sui Augustíni misericórditer suscepísti; da nobis utriúsque intervéntu; peccáta nostra deploráre, et grátiae tuæ indulgéntiam inveníre. Per Dóminum.

Die 16 Maji

S. Joannis Nepomuceni

Martyris

Duplex majus

In I Vesperis

Ant. Interrogábat eum rex multis sermónibus; at ipse nihil illi respondébat, allelúja.

Psalmi ut in I Vesperis de Communi Apostolorum.

2 Rex dixit: * Ne abscondas a me verbum, quod te intérogo. Dixi: Secretum meum mihi, secretum meum mihi, allelúja.

3 Affirmábat rex * se divitem et beátum factúrum. Non oboedio praecépto regis, sed praecépto legis, quae data est nobis, allelúja.

4 Tunc rex, accénsus ira, * in hunc super omnes crudélius desaeviit, allelúja.

5 Beátus * qui lingua sua non est lapsus, et qui non servívit indignis se, allelúja.

Capit. Eccli. 21, 28-29

Lábia imprudentium stulta narrábunt, verba autem prudentium statéra ponderabúntur. In ore fatuórum cor illórum, et in corde sapiéntium os illórum.

Hymnus

Invictus heros Núminis, Mergendus unda flúminis, Stat fortis in siléntio, Dum fit sigilli méntio.

déte, allelúja: vos elégit Deus in hereditátem sibi, allelúja.

Oratio Praesta, ut supra.

Et fit Commemoratio sequentis:

Ant. Lux perpétua lucébit Sanctis tuis, Dómine, et aetérnitas téporum, allelúja.

V. Sancti et justí, in Dómino gaudéte, allelúja. R. Vos elégit Deus in hereditátem sibi, allelúja.

Oratio

Fac nos, quaesumus, Dómine, sanctórum Mártýrum tuórum Primi et Feliciáni semper festa sectári: quorum suffrágiis protectiónis tuæ dona sentiámus. Per Dóminum.

Index alphabeticus

	pag.
Anniversarium Dedicat. Eccl. Metrop., duplex I classis cum Octava communi. 23 Aprilis	20*
— — Octava, duplex majus. 30 Aprilis	27*
Clementis Mariae Hofbauer Conf., duplex II. classis. 15 Martii	13*
Conradi a Parzham Conf., duplex. 20 Aprilis	16*
Floriani et Soc. Mm., Patron. Ecclesiae Metrop. Vindobonensis secund., duplex majus. 4 Maji	30*
Fridolini Conf., duplex. 6 Martii	10*
Georgii Mart., duplex. 24 Aprilis	22*
Joannis a Capistrano Conf., duplex. 28 Martii	16*
Joannis Nepomuceni Mart., duplex majus. 16 Maji	34*
Petri Canisii Conf. et Eccl. Doct., duplex II. classis. 27 Aprilis	27*
Translatio Ss. Chrysanthi, Cyriacae et Marcellini Mm., duplex. 8 Junii	46*
— — S. Leopoldi Conf., Marchionis et Patroni Austriae, duplex majus. 15 Februarii	1*

Oratio
Auxilium tuum nobis,
 Dómine, quaesumus,
 placátus impénde: et, in-
 tercessióne beáti Ubáldi
 Confessoris tui atque Pon-
 tificis, contra omnes diá-
 boli nequítias dexteram
 super nos tuae propiti-
 atiónis exténde. Per Dómi-
 num.

Completorium de Feria.

Die 8 Junii

In Ecclesia Metropolitana:

In Translatione

Ss. Chrysanthi, Cyriacae
 et Marcellini Mm.,
 quorum Reliquiae in Ec-
 clesia Metropolitana re-
 quiescunt.

Duplex.

In I Vesperis

¶ Sancti et justí, in Dó-
 mino gaudéte, allelúja. **R.**
 Vos elégit Deus in here-
 ditátem sibi, allelúja.

Ad Magn. Ant. Lux per-
 pétua * lucébit Sanctis
 tuis, Dómine, et aetérni-
 tas témporum, allelúja.

Oratio

Praesta, quaesumus,
 omnipotens Deus:
 ut, qui gloriósos
 Mártyres fortes in
 sua confessióne cognóvi-

mus, pios apud te in no-
 stra intercessióne sentiám-
 us. Per Dóminum.

In II Nocturno Lectiones
 Dignum et congruum de
 Communi Martyrum Temp.
 Pasch. I loco.

In III Nocturno Homilia in
 Evangelium Ego sum vitis,
 vos pálmities, de eodem Com-
 muni 2 loco.

Ad Laudes

¶ Pretiósá in conspéctu
 Dómini, allelúja. **R.** Mors
 Sanctórum ejus, allelúja.

Ad Bened. Ant. Fíliae
 Jerúsalem, * veníte et vi-
 déte Mártyres cum coró-
 nis, quibus coronávit eos
 Dóminus in die solemnítá-
 tis et laetítiae, allelúja, al-
 lelúja.

Oratio

Praesta, quaesumus, om-
 nípotens Deus: ut, qui
 gloriósos Mártyres fortes
 in sua confessióne cognó-
 vimus, pios apud te in no-
 stra intercessióne sentiám-
 us. Per Dóminum.

In II Vesperis

¶ Pretiósá in conspéctu
 Dómini, allelúja. **R.** Mors
 Sanctórum ejus, allelúja.

Ad Magnif. Ant. Sancti
 et justí, * in Dómino gau-

Hinc rex minátur fúnera,
 Hinc tortor infert vúlnera,
 Manus ligántur fúribus,
 Artus cremántur ignibus.

Sed haec Joánnes dé-
 spicit,

Nec regis iram respicit,
 Secréta non vult pándere,
 Horret sigillum frángere.

Stat mutus agnus in-
 nocens:

Nil de tegédis próferens:
 Stat; dumque rex nil élicit,
 E ponte justum déjicit.

¶ Praeceptus ab alto stér-
 nitur,

Undis profúndis mérgitur:
 Mersum sed applaudénti-
 bus

Undae salútant ignibus.

¶ Stellae natant in flú-
 mine,

Illi paréntant lúmine,
 Docétque caeli cláritas.
 Quae sit Joánnis cáritas.

Da, sempitérna Trínitas,
 Ut in bono sit firmitas:
 Aut lacrimárum flúmina
 Mergant cadéntum crími-
 na.

Amen.

¶ Sacraméntum regis
 abscondere bonum est,
 allelúja. **R.** Opera autem
 Dei reveláre honoríficum,
 allelúja.

Ad Magnif. Ant. Dedit
 mihi Dóminus linguam
 mercédem meam: et in
 ipsa laudábo eum, alle-
 lúja.

Oratio

Deus, qui ob invíctum
 beáti Joánnis sacra-
 mentále siléntium nova
 Ecclesiám tuam martýrii
 coróna decorásti: da, ut
 ejus exémplo et interces-
 siónne, ori nostro custódi-
 am ponétes; beátis, qui
 lingua non sunt lapsi, an-
 numerémur. Per Dómi-
 num.

Et fit Commemoratio prae-
 cedentis:

Ant. Hic vir despíciens
 mundum et terréna, tri-
 úmphans, divítias caelo
 cóndidit ore, manu, alle-
 lúja.

¶ Justum dedúxit Dó-
 minus per vias rectas, al-
 lelúja. **R.** Et osténdit illi
 regnum Dei, allelúja.

Completo **Oratio**

Deus, qui ad christiánam
 páuperum eruditiónem
 et ad juvéntam in via ve-
 ritátis firmándam, sanc-
 tum Joánnem Baptistam
 Confessórem excitásti, et
 novam per eum in Ecclé-
 sia familiám collegísti:

concedere propitius; ut, ejus intercessione et exemplo, studio gloriae tuae in animarum salute ferventes, ejus in caelis coronae participes fieri valeamus. (Per Dominum.)

Deinde Commemoratio S. Ubaldi Ep. et Conf.:

Ant. Sacerdos et Pontifex, et virtutum opifex, pastor bone in populo, ora pro nobis Dominum, allelúja.

V. Amavit eum Dominus, et ornavit eum, allelúja. **R.** Stulam gloriae induit eum, allelúja.

Oratio

Auxilium tuum nobis, Domine, quaesumus, placatus impende: et, intercessione beati Ubaldi Confessoris tui atque Pontificis, contra omnes diaboli nequitas dexteram super nos tuae propitiatiōnis extende. Per Dominum.

Completorium de Feria.

Ad Matutinum

Invit. Exsultent in Domino Sancti, * Allelúja.

Hymnus

In profunda noctis umbra Et gravi caligine

Lustrat aedem flamma munda, Sic jubente Numine. Nocte nascitur Joannes, Astra caelo devolant: Nocte mergitur Joannes, Astra funus apparant.

Hinc cor ejus igne flagrans.

Fortis urit caritas: Hinc ab ejus ore manans Mira prodit suavitas.

Nunc amore cor bonorum

Ad salutem pertrahit: Nunc timore cor malorum A gehenna retrahit.

Pauperes solatur aere, Derelictis subvenit: Non sinit justos jacere: Damna famae praepedit.

Per Joannis sanctitatem,

O beata Trinitas, Mentibus da puritatem, Corde regnet caritas.

Amen.

In I Nocturno

Ant. Erit lumen Israël in igne; et Sanctus ejus in flamma, allelúja.

Psalmi trium Nocturnorum de Communi unius Mart.

V. Sacramentum regis abscondere bonum est, allelúja. **R.** Opera autem Dei revelare honorificum, allelúja.

En ruit praecipit tumulatus unda Martyr, et fluctu placido silentem Naufragus linguam melioris aevi Servat in usum.

At superjectae facili natantes Amne discurrunt, rutilantque circa Martyrem flammae: bene gesta plaudens Ornat Olympus.

Ornat et linguam, rosei instar ignis,

Vividam servans, et adhuc rubentem, Indicat, quatenus fuerit tacentis Gratia linguae.

Sit decus Patri, genitaeque Proli, Spiritum laudent, ab utroque puris Qui calet flammis, sine fine psallens

Orbis uterque. Amen.

V. Posui ori meo custodiam, allelúja. **R.** Cum consisteret peccator adversum me, allelúja.

Ad Magnif. Ant. In conspectu potentium admirabilis ero, et facies principum mirabuntur me: ta-

centem me sustinebunt, et loquentem me respicient, allelúja.

Oratio Deus, qui ob, ut supra 44*.

Et fit Com. sequentis:

Ant. Similabo eum viro sapienti, qui aedificavit domum suam supra petram, allelúja.

V. Amavit eum Dominus, et ornavit eum, allelúja. **R.** Stulam gloriae induit eum, allelúja.

Oratio

Deus, qui beatum Paschalem Confessorem tuum mirifica erga Corporis et Sanguinis tui sacra mysteria dilectione decorasti: concede propitius; ut, quam ille ex hoc divino convivio spiritus percipit pinguedinem, eandem et nos percipere mereamur. (Qui vivis.)

Deinde Commemoratio S. Ubaldi Ep. et Conf.:

Ant. Amavit eum Dominus, et ornavit eum: stulam gloriae induit eum, et ad portas paradisi coronavit eum, allelúja.

V. Justum deduxit Dominus per vias rectas, allelúja. **R.** Et ostendit illi regnum Dei, allelúja.

Dei revelare honorificum.
Allelúja, allelúja. **Gloria**
 Patri. Sacramentum.

V. Pone, Domine, custodiam ori meo, allelúja. **R.** Et ostium circumstantiae labiis meis, allelúja.

Oratio

Deus, qui ob invictum beati Joannis sacramentale silentium nova Ecclesiam tuam martyrii corona decorasti: da; ut ejus exemplo et intercessione, ori nostro custodiam ponentes, beatis, qui lingua non sunt lapsi, annumeremur. Per Domini-

Ad Sextam

Capit. **Eccli. 28, 28**
Sepi aures tuas spinis, linguam nequam noli audire et ori tuo facito ostia et seras.

R. br. Pone, Domine, custodiam ori meo, * Allelúja, allelúja. **Pone. V.** Et ostium circumstantiae labiis meis. **Allelúja**, allelúja. **Gloria Patri. Pone.**

V. Dixi: Custodiam vias meas, allelúja. **R.** Ut non delinquam in lingua mea, allelúja.

Ad Nonam

Capit. **Eccli. 28, 29-30**

Aurum tuum et argentum tuum confla et verbis tuis facito stateram et frenos ori tuo rectos et attende, ne forte labaris in lingua.

R. br. Dixi: Custodiam vias meas, * Allelúja, allelúja. **Dixi. V.** Ut non delinquam in lingua mea. **Allelúja**, allelúja. **Gloria Patri. Dixi.**

V. Posui ori meo custodiam, allelúja. **R.** Cum consisteret peccator adversum me, allelúja.

In II Vesperis

Antiphonae et Capitulum de Laudibus 42*. Psalmi de Dominica, sed loco ultimi Ps. 115 **Crédidi.**

Hymnus

Jam faces lictor ferat, et minantem
 Jam ferox ensem, rabi-
 dumque tortis
 Vinculis ferrum, sacra ni
 sacerdos
 Abdita pandat.

Sentiet vires, animae-
 que magnae
 Pródigum pectus: violen-
 tus ira
 Non quatit recti sólida te-
 nacem
 Mente satélles.

De libro Ecclesiastici
Lectio i **Cap. 21, 26-31**

Stultus a fenestra respiciet in domum: vir autem eruditus foris stabit. Stultitia hominis auscultare per ostium: et prudens gravabitur contumelia. Labia imprudentium stulta narrabunt: verba autem prudentium statera ponderabuntur. In ore fatuorum cor illorum; et in corde sapientium os illorum. Dum maledicit impius diabolum, maledicit ipse animam suam. Sursuro coinquinabit animam suam, et in omnibus odietur: et qui cum eo manserit, odiosus erit: tacitus et sensatus honorabitur.

R. Metuebat rex Joannem, * Sciens eum virum justum et sanctum, allelúja. **V.** Et custodiébat eum, et audito eo multa faciebat, et libenter eum audiebat. **Sciens.**

Lectio ii **Cap. 28, 21-25**

Flagelli plaga livorem facit: plaga autem linguae comminet ossa. Multi ceciderunt in ore gladii, sed non sic quasi qui interierunt per linguam suam. Beatus qui tectus est a lingua nequam, qui in iracundiam illius non trans-

ivit, et qui non attraxit jugum illius, et in vinculis ejus non est ligatus: jugum enim illius, jugum ferreum est: et vinculum illius, vinculum aereum est. Mors illius, mors nequissima: et utilis potius infernus quam illa.

R. Lex veritatis fuit in ore ejus, et iniquitas non est inventa in labiis ejus: in pace et in aequitate ambulavit mecum: * Et multos avertit ab iniquitate, * allelúja. **V.** Labia enim sacerdotis custodient scientiam, et legem requirunt ex ore ejus. **Et.**

Lectio iii **Cap. 28, 26-30**

Perseverantia illius non permanebit, sed obtinebit vias injustorum: et in flamma sua non comburet justos. Qui relinquunt Deum, incident in illam, et exardébit in illis, et non exstinguétur, et immittétur in illos quasi leo, et quasi pardus laedet illos. Sepi aures tuas spinis, linguam nequam noli audire, et ori tuo facito ostia, et seras. Aurum tuum et argentum tuum confla, et verbis tuis facito stateram, et fraenos ori tuo rectos: et attende ne forte labaris in lingua, et cadas

in conspéctu inimicórum insidiántium tibi, et sit casus tuus insanábilis in mortem.

R. Sepívi aures meas spinis, * Et ori meo feci óstia et seras, allelúja. **V.** Beátus qui lingua sua non est lapsus, et qui non servívit indignis se. **Et. Glória Patri. Et.**

In II Nocturno

Ant. Non quaesívit a Dómino ducátum, neque a rege cáthedram honóris, allelúja.

V. Pone, Dómine, custódiam ori meo, allelúja. **R.** Et óstium circumstántiae lábiis meis, allelúja.

Lectio iv

Joánnes Nepomúci Bohémiae óppido, unde Nepomuceni cognómen duxit, a paréntibus aetáte provecís, non sine futúrae sanctitátis praeságio, flammis supra nascéntis domum mirábiliter collucéntibus, ortus est. Cum infans in gravem morbum incidísset, beátae Vírginis ope, cui natum paréntes referébant accéptum, e vitae perículo evásit incólumis. Egrégia índole, piáque institutióne caeléstibus

indíciis obsequénte, inter sanctas religiosásque exercitátiones puerítiam egit: nam ecclésiám frequénte adíre, ac sacerdotibus ad aras operántibus ministráre in delíciis habébat. Zatécii polítióribus lítteris ad humanitatem informátus, Pragae vero gravióribus disciplínis excúltus, philosophiae, theológiae sacrórúmque cánonom magistérium et láuream eméruit. Sacerdotío initiátus, atque a scientia Sanctórum ad lucra animárum rite comparátus, ministério verbi Dei se pénitus addíxit. Cum igitur in vítiis extirpándis, et revocándis in viam salutis errántibus, eloquéntia et pietáte úberes éderet fructus, inter canónicos metropolitánae ecclésiiae Pragénsis cooptátus, mox sibi demandátam Evangélii coram rege Wencesláo quarto praedicándi provínciam suscepit, eo succéssu, ut Joánnis suásu multa rex fáceret, magnóque in honóre ejus virtútes habéret. Conspícuas tamen, quas ille obtulit dignitátes, Dei servus, ne a divíni verbi praecónio avocarétur, constantíssime recusávit.

Hic damna rerum flén-tibus
Famaeve conqueréntibus,
Abducta res revértitur,
Ablata fama rédditur.

Hic corpus aegritúlines,
Tempus vicissitúlines,
Perículum securitas,
Mortem fugit mortalitas.

Hic viva lingua Mártiris,
Sed muta voce sánguinis
Clamans, ut Abel, improbat,

Regíque crímen exprobrat.

Unius, o, da, Trínitas,
Triúmque simplex Unitas.
Ut, qui Joánni supplicant,
Id impetrent, quod flágitant.
Amen.

V. Pósui ori meo custódiam, allelúja. **R.** Cum consisteret peccátor advérsum me, allelúja.

Ad Bened. Ant. Quicúmque glorificáverit me, glorificábo eum: qui autem contémnunt me, erunt ignóbiles, allelúja.

Oratio

Deus, qui ob invíctum beáti Joánnis sacramentále siléntium nova Ecclésiám tuam mártýrii coróna decorásti: da; ut

ejus exémplo et intercessióne, ori nostro custódiam ponéntes, beátis, qui lingua non sunt lapsi, annúmerum. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio S. Ubaldi:

Ant. Euge, serve bone et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constítuam, dicit Dóminus, allelúja.

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, allelúja. **R.** Et osténdit illi regnum Dei, allelúja.

Oratio

Auxílium tuum nobis, Dómine, quaesumus, placátus impénde: et intercessióne beáti Ubaldi Confessoris tui atque Pontíficis contra omnes diabóli nequítias dexteram super nos tuae propitiatiónis exténde. Per Dóminum.

Ad Horas Antiphona et Psalmi de Feria; ad Primam Lectio brevis Aurum tuum, **ut infra ad Nonam** 44*.

Ad Tertiam

Cap. Lábia, ut supra ad Laudes 42*.

R. br. Sacraméntum regis abscondere bonum est, * Allelúja, allelúja. Sacraméntum. **V.** Opera autem

et litteris egrégie est institutus; jamque adolescens, ut uxorem duceret, saepe tentatus, numquam tamen a proposito servandae virginitatis recésit. Sacerdos effectus, patrimonium suum pauperibus et ecclesiis distribuit. Canonicorum regularium ordinis sancti Augustini institutum suscipiens, illud in patriam transtulit. Ab Honorio secundo Summo Pontifice ecclesiae Eugubinae invitus praeficitur, et episcopalis consecrationis munere decoratur. Factus forma gregis ex animo, de consueta vivendi ratione nihil admodum immutavit, et in omni virtutum genere enituit. Diutius infirmitatibus afflictus, Deo indesinenter gratias agebat. Cum multis annis ecclesiam sibi commissam summa cum laude gubernasset, sanctis operibus et miraculis clarus, quievit in pace.

Te Deum laudamus.

Ad Laudes

Ant. 1 Interrogabat eum * rex multis sermonibus: at ipse nihil illi respondébat, allelúja.

Psalmi de Dominica 1 loco

2 Rex dixit: * Ne abscondas a me verbum, quod te interrogo. Dixi: Secretum meum mihi, secretum meum mihi, allelúja.

3 Affirmabat rex * se divitem et beatum facturum. Non oboedio praecépto regis, sed praecépto legis, quae data est nobis, allelúja.

4 Tunc rex, accensus ira, * in hunc super omnes crudelius desaevit, allelúja.

5 Beatus * qui lingua sua non est lapsus, et qui non servivit indignis se, allelúja.

Capit. Eccli. 21, 28-29

Labia imprudentium stulta narrabunt, verba autem prudentium statéra ponderabuntur. In ore factuorum cor illorum, et in corde sapientium os illorum.

Hymnus

Vix in sepulcro conditur,

Signis Joannes proditur,
Per cratium repágula
Intermicant miracula.

Hic ejus hostes illico
Pudore maesti público,
Ultrice dextra Numinis,
Poenas repéndunt criminis.

R. Instans orationi et ministerio verbi, hortabatur omnes in proposito cordis permanere in Domino: * Quia erat vir bonus, et plenus Spiritu Sancto, allelúja. **V.** Et apponebatur multa turba Domino. Quia.

Lectio v

Regis illum eleemosynis in pauperes erogandis praefectum, Joanna regina conscientiae sibi moderatorem ascivit. Cum autem Wenceslaus ab officio institutoque decessisset, atque in vitia praecipis abriperetur, piae autem conjugis obtestationes et monita gravate ferret, contendere ausus est, ut in sacramentali iudicio sacerdoti credita reginae arcana sibi a Joanne panderentur. At Dei minister blanditiis primum, tormentis deinde et carceris squalore tentatus, nefariae regis cupiditati fortiter obstitit. Furentem tamen Wenceslai animum cum ab execrando proposito nec humana nec divina jura deterrérent, supremum agonem, quem instare sibi athleta Christi noverat, populo in contione de impendentibus

etiam regni calamitatibus admónico, non obscure praenuntiavit. Mox Boleslavium profectus, ad beatae Virginis imaginem antiquo cultu celebrem, caeleste praesidium ad certandum bonum certamen effusus precibus imploravit. Inde vespere revertentem in pervigilio Dominicae Ascensionis rex e fenestra conspicatus arcensit: cumque vehementer urgeret, et proximam in aquis, si oblutari pergeret, submersionem intentaret, Joannes invicta constantia terrores minasque refutavit. Itaque regis imperio in Moldavam flumen Pragae interfluens noctu dejectus, illustrem martyrii coronam est consecutus.

R. Dispersit, dedit pauperibus: * Justitia ejus manet in saeculum saeculi, allelúja. **V.** Beatus, qui intelligit super egenum et pauperem. **J**ustitia.

Lectio vi

Sacrilegum facinus clam patratum, et Martyris gloriam insigne prodigium divinitus patefecit. Ubi enim exanime corpus secundo flumine vehi coepit,

ardentes faces aquis supernatantes et discurrentes apparuerunt. Quam ob rem ex arena postriedie mane corpus elatum, canonicis deinde, regis iram nihil timentes, in metropolitana ecclesia sollemnium pompa intulerunt, et sepulturae mandarunt. Cum autem in dies invicti sacerdotis memoria miraculis, et maxima fidelium, eorum praecipue qui fama periclitantur, veneracione cresceret, post annos decem amplius trecentos, in juridica recognitione corporis, quod sub humo tandem jacuerat, lingua ejus incorrupta et vivida reperta est: quae sexto post anno iudicibus a Sede apostolica delegatis exhibita, novo prodigio repente intumuit, et subobscurum ruborem in purpureum commutavit. His itaque aliisque signis rite probatis, Benedictus decimus tertius Pontifex Maximus die decima nona mensis Martii, anno salutis millesimo septingentesimo vigesimo nono primum hunc sacramentalis sigilli asseratorem, arcani fidem sanguine obsignantem, sanctorum Martyrum catalogo adscripsit.

R. Ego scio, quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcetes gregi: * Propter quod vigilate, alleluja. **V.** Et ex vobis ipsis exsurgent viri loquentes perversa, ut abducant discipulos post se. **Propter.** Gloria Patri. **Propter.**

In III Nocturno

Ant. Igne me examinasti, et non est inventa in me iniquitas, alleluja.

V. Dixi: Custodiam vias meas, alleluja. **R.** Ut non delinquam in lingua mea, alleluja.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum

Lectio vii Cap. 11, 2-10

In illo tempore: Cum audisset Joannes in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis, ait illi: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papae

In Evang. Homilia 6

Dimissis Joannis discipulis, quid de eodem Joanne turbis dicat audiamus. Quid existis in desertum videre? arundinem

vento agitatam? Quod videlicet non asserendo sed negando intulit. Arundinem quippe mox ut aura contigerit, in partem alteram inflectit. Et quid per arundinem nisi carnalis animus designatur? Qui mox ut favore vel detractio tangitur, statim in partem quamlibet inclinatur. Si enim ab humano ore aura favoris flaverit, hilarescit et extollitur: sed si inde ventus detractiois eruperit, unde aura laudis veniebat, mox hunc quasi in partem alteram ad vim furoris inclinatur.

R. Cum corripere ab illo de omnibus malis quae fecit rex, adjecit et hoc: * Et inclusit Joannem in carcere, alleluja. **V.** Labore usque ad vincula, quasi male operans: sed verbum Dei non est alligatum. **Et.**

Lectio viii

Sed arundo agitata vento Joannes non erat: quia hunc nec blandum gratia, nec cuiuslibet detractiois ira asperum faciebat: nec prospera hunc erigere, nec adversa noverant inclinare. Arundo ergo vento agitata non erat, quam ab status sui rectitudine nulla

rerum varietas inflectebat. Discamus ergo, fratres carissimi, arundinem vento agitatam non esse: solidemus animum inter auras linguarum positum: sicut inflexibilis status mentis. Nulla nos detractio ad iram provocet, atque ad remissionem inutilis gratiae nullus favor inclinet. Non nos prospera elevent, non adversa perturbent: ut qui in soliditate fidei figimur, nequaquam rerum transeuntium mobilitate moveamur.

R. Reddidit Deus justo mercedem laborum suorum, et deduxit illum in via mirabili: * Et fuit illi in velamento diei, et in luce stellarum per noctem, alleluja. **V.** Transvexit illum per aquam nimiam; inimicos autem illius demersit. **Et.** Gloria Patri. **Et.**

Feria II Rogationum et in Vigilia Ascensionis IX Lectio de Homilia Ferae et fit eius Commemoratio ad Laudes; alias

Pro S. Ubaldo:

Lectio ix

Ubaldu, Eugubii in Umbria nobili genere natus, a primis annis pietate